

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Inclyto & potentissimo principi ac Domiuo D. Gostauo regi Suetiae &  
Gotthorum, domino suo clementissimo, Phil.Mel. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

La mihi eripiet hominum iniquitas. Magno in pericolo propter hanc moderationem uerbor: ut solent in ciuilibus discordijs moderati ciues utring; malè accipi. Planeq; fatum mihi Theramenis impendere uidetur. Credo enim Xenophonti, hunc fuisse bonū virū: Lysiae nō credo, qui cum uituperat. Sed me uoluntate recte cōscientiæ sustento: & intuēs in uerba et honesta exempla, & uiore animo cōmune for tunam fero. Cætera audies ex Vorœo. Bene uale.  
Inclito & potentissimo Principi ac Domiuo D. Gostauo regi Suetiæ & Gotthorum, domino suo clementissimo,

Phil. Mel. S. D.

Inclite & potentissime rex. Cum sciam imperia & politias in terris munus esse Dei, & eterni conditoris nostri: non sicut officijs, sed uera reuerentia Regiam nomen & summos uite gradus ueneror: & sicut multi norunt, bortator sum iuuentuti, ut ad hanc uirutem animos adsuefiant. Nam ordo pulcherrimus & à Deo instituus accendere animos, et studium communis tranquillitatis nos mouere debet, ut siuum cuiq; gradum in hac societate reuerenter tribuamus. Hanc uero doctrinam, quæ de omnibus honestis officijs docet homines, tueri, maximè ad regium munus pertinere, R. M. V. optimè intelligit. Ideo reuerenier oro, ut me, & similiter mei ordinis homines clementer audiatur. Quod cum sperarem,

rem, dedi huic adolescenti nobili Henrico de Luff,  
 nato in familia equestris gentis Pomeraniae, literas  
 ad R.M.V. Cupiebat enim afferre testimonium de  
 suis studijs & moribus. Scio autem hunc Henricum  
 adeo honeste in Academia nostra uixisse, ut eius  
 placi et modesti mores reliqua iuuenti bono ex-  
 ple essent. & cum in ciuili doctrina, tum in Eccle-  
 siastica plurimum profecit: qua eruditione se instru-  
 xit, ut & priuatim mores suos regere, & utiliter  
 Reipublicae seruire posset. His uirtutibus fauere R.  
 M.V. non dubito. Quare ut hunc Henricum cle-  
 menter in aulam suam admittat oro: et hominem in  
 familia honesta natum, ad uirtutem incitat, excul-  
 tum doctrina, & ornatum facundia, non negligat.  
 Nam maximè salutare est generi humano, & in  
 regibus pars iusticie distributiae præcipua, quam  
 Plato inquit plurimū boni impertire uniuersitate ho-  
 minum uitae: bonas, honestas, moderatas, rectas, in-  
 genuas naturas, & doctrina honesta confirmatas,  
 deligere ad rerum administrationem. Talium mo-  
 deratio, quia non priuat & cupiditati seruiat, sed dà-  
 rigat ad rerū bonarū conseruationē, in tantis uitae  
 tumultib. multa mitigat aule R.M.V. Opto igitur  
 toto animo, ut Deus eternus, qui dat salutem Re-  
 gibus, ut inquit Psalmus, & aule R.M.V. & alijs  
 det tales ac felices ministros. Certè ingenium bo-  
 num in Henrico esse, R.M.V. comperiet. Postre-  
mō

mō reuerenter me & hēc nostra studia literarum  
R. M. V. commendo. Num cūm imperia ad agnitionem  
Dei illustrandam referenda sint: certe inter  
munera regia est, doctrinæ studiosos tueri, e-  
tq; benefacere. Deus æternus pater Domini nostri  
Iesu Christi, gubernet & seruet R. M. V. incolumē,  
ac florēt. Date 13 die Februarij: quo ante annos  
1705 Machabæus magno prelio uicit Nicanorem,  
qui templo Dei excidium minatus fuerat. Ut igitur  
tunc mirabiliter defendit Ecclesiam suam Deus æ-  
ternus pater Domini nostri Iesu Christi, ita & nūc  
reliquias suas ut protegat oremus. 1538.

c. II, 199.

Illusterrimo Principi & domino, domi-  
no Ioanni Friderico, Stettini & Pomera-  
niæ duci, &c. Rugiæ principi, & domi-  
no Caycorum, &c. domino suo cle-  
mentissimo S. D,

Illusterrime Princeps: Non dubito celsitudinem  
tuam in his serijs multa cogitasse de mirando foede-  
re, quod fecit Deus in genere humano, cū filiū rōv  
λόγον misit, ut massam generis nostri indueret.  
Sunt omnino signa prouidentiae diuinæ multa: sed  
nullum est illustrius testimonium amoris diuini er-  
ga nos, hac miranda copulatione diuinæ & huma-  
nae naturæ: ac necessariū officium est de causis piè  
& reuerenter cogitare, de quibus non dubito te au-  
dire